



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XLV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

R E S P. Primum, ut in omni vita magis magisq; agnoscamus, quanta sit naturæ nostræ ad peccandum propensio *a*, tantoque audius remissionem peccatorum & iusticiam in Christo expetamus. *b* Deinde, ut hoc perpetuo agamus, illud semper meditemur *c*, & gratiam Spiritus Sancti à Patre imploremus *d*, quo indies magis ad imaginem Dei renouemur, donec aliquando tandem, postquam ex hac vita dececerimus, propositam nobis perfectiō nem læti assequamur. *e*

a Rom. 3.20. *b* Rom. 4.15. *c* Rom. 5.13. *d* 20. *b*
Rom. 10.3.4. *c* Deut. 31.11.12.13. *d* Psal. 19.4.
5.33.34.35.36. *e* Cor. 13.9.10.1. Ioh. 3.2.

DE PRECATIONE.

DOMINICA XLV.

QVÆSTIO CXVI.

*Quare Christianis necessaria est
Precatio?*

R E S P. Quia præcipua pars eius, quam Deus à nobis postulat, gratitudinis *a*. Tum quia illis tantum suam gratiam & Spiritum Sanctum Deus largitur, qui veris gemitibus continenter hæc ab eo petunt, & pro iis ipsi gratias a-
gunt *c*.

a Ps. 50.14.15. *b* Deut. 4.19. *c* Mat. 7.7. *d* Luc.
11.13. *e* Ps. 50.23.

QVÆSTIO CXVII.

*Quæ ad eam precationem requiruntur,
qua Deo placeat, quæque ab ipso ex-
audiatur?*

R E S P. Ut à solo vero Deo, media-
tè vel immediatè, qui se in verbo suo
patefecit *a*, omnia quæ à se peti ius-
fit *b*, vero cordis affectu petamus;
ex intimo nostræ indigentiae ac mi-
sericordiæ sensu *d*, nos in conspectu diui-
næ maiestatis supplices abiiciamus *e*;
huic firmo fundamento spei innita-
musr, nos à Deo, quanquam indi-
gnos, propter Christum tamen cer-
to exaudiri, quemadmodum nobis
in suo verbo promisit *g*, quantum salu-
tinostræ conduxerit.

a Ps. 83.9. *b* Mat. 4.10. *c* Ioh. 5.14. *d* Thren.
3.41. *e* Ps. 145.18. *f* Luc. 18.13. *g* Esra 9.6. *h* Dan.
9.17.18. *i* Eph. 3.12. *j* Ioh. 14.13. *k* Ioh. 15.7. *l* Ioh.
16.23.

QVÆSTIO CXVIII.

*Quæ sunt ea, quæ à se peti
inbet?*

R E S P. Omnia tum animæ tum
corporis necessaria, quæ Dominus
noster Jesus Christus eâ precatione,
quam nos ipse docuit, complexus
est.

QVÆSTIO CXIX.

Quæ est illa Precatio?

R E S P.



R E S P. *Pater noster, qui es in celis:*
Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in celo, & in terra: Panem nostrum quotidianum sic dianum da nobis hodie: Et dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria, in secula, Amen.

*Pater noster, Vnde Matth. 6.9. 11.12.13.
& Luc. 11.1.2.3.4.*

DOMINICA XLVI.**QVÆSTIO CXX.**

Cur præcipit Christus, ut ita Deum compellamus, Pater noster?

R E S P. *Vt statim in ipso precatiōnis exordio, conuenienter Dei filijs reue[n]tiam^a & fidei spem in Deum^b, in nobis excitet, quæ nostræ precatiōnis fundamentum esse debet: nimirum, Deū propter Christum nobis patrem factum esse,^d & quæ vera fide ab eo petimus, nobis multo minus negare, quam parentes nostri nobis bona terrena denegant.*

^aEuit.19.3. ^bEsa.63.15.16.17. ^cLuc.11.11. ^dIacob.1.6.7.8.9. ^eIoh.1.12. ^fEph.1.6. ^gMat.7.11. ^hPs.103.13. ⁱEsa.49.15.16.

QVÆSTIO CXXI.

Cur additur, Quies in celis?

R E S P. *Ne de cœlesti maiestate Dei humile quipiam aut terrenum cogitemus^a: simul etiam, ut ab eius omnipotentia, quæcunque animo & corpori sunt necessaria, expectemus^b ac speremus.*

^a1. Reg. 8.27. A<17.24. 25. ^bPs.115.3.2. Chron.20.6.

DOMINICA XLVII.**QVÆSTIO CXXII.**

Quæ est prima petitio?

R E S P. *Sanctificetur nomen tuum: hoc est: Da principio, ut tè rectè agnoscamus^a, & lucentem in omnibus operibus tuis omnipotentiam^b, sapientiam^c, bonitatem^d, iustitiam^e, misericordiam^f, & veritatem^g tuam veneremur, prædicemus & celebremus^h: deinde ut vniuerlam viram nostram, cogitationes, sermones & actiones eo semper dirigamus, ne sanctissimum nomen tuum propter nos contumelia afficiaturⁱ, sed honore potius & laudibus illustretur^k.*

^aEph.1.16.17. ^bDeut.3.24. ^cRom.1.19. ^dPsal.104.24. ^ePsal.136.versibus omnibus. ^fPs.25.10. ^gGen.1.31. ^hDan.9.14. ⁱPs.103.8. ^jPsal.111.7. ^kPs.36.6. ^lPsal.51.17. ^mPs.1.71.8. ⁿPsal.31.4.

DOMINICA XLVIII.**QVÆSTIO CXXIII.**

Quæ est secunda petitio?

R E S P. *Adueniat regnum tuum: hoc est: Regas nos ita verbo, Sacramentis, & spiritu tuo, ut nos tibi magis magisque subiiciamus^a: conserua & auge Ecclesiam tuam^b: destrue o-*

Vu pera

